



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa  
Sacramenta, accuratè declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1664**

Disputatio VII. De motivis credibilitatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13826**

## DISPUTATIO SEPTIMA.

## De motivis credibilitatis.

**FIDEM** ut primò ex motivis credibilitatis generari, ita in eadem tanquam in acceptationis causam ultimò resolvi Disputatione precedente diximus: quamvis enim actum Fidei non terminent, sicq; nec sint objectum illius formale, movent tamen voluntatem ad imperandum intellectui ut rei, quæ ob motiva sub quibus proponitur evidenter redditur credibilis, prabeat assensum. Nunc ergo horum motivorum natura declaranda, & quo pacto ad voluntatem movendam, actumque Fidei imperandum concurrant.

## SECTIO PRIMA.

Annotantur quedam circa motiva credibilitatis: ubi an mysteria Fidei nostræ sint evidenter credibilia.

I.  
Duo in assensu mysterii Fidei prabendo sunt vitanda.

Levitas imprudentis, duritia obstinati animi indicium

II.  
Duo motivorum sunt genera, adversus gentiles & hæreticos.

Quibus credibilitatis motivis contra Gentiles utantur Patres.

**I**n mysteriis Fidei amplectendis assensumque circa ea eliciendum, duo scopuli vitandi, nimia scilicet in credendo levitas, cordisque duritia. Primum Christianis olim exprobrabant Porphyrius & Julianus Apostata, eosque stultitiæ arguebant, quòd Christi doctrinam, traditæque ab eo dogmata admitterent. Alii verò hæretici ut hanc reprehensionem evaderent, nihil credendum asserabant, nisi quod ratione naturali evidenter constaret, remque consideranti clarum omnino esset, & exploratum. Mediâ hac in re viâ incedendum, & ut facilitas nimia, seu levitas in credendo, ita & durities vitanda; illa quippe imprudentis, hæc obstinati animi indicium. Rationes ergo hinc inquirendæ, non quibus res, quæ credenda proponitur, demonstratur esse vera, sed dignissima quæ credatur, ita ut summæ imprudentiæ ac temerariæ foret ei dissentire, seu, ut plerumque dici solet, quæ eam ostendant esse evidenter credibilem.

Ut autem Ecclesiæ hostium duo sunt genera, Infideles nimirum & Hæretici, ita duo sunt motivorum genera, quæ Fidem nostram evidenter probent esse acceptatam dignissimam. Prioris generis motiva, quibus passim contra Gentiles utuntur sancti Ecclesiæ Patres, in eo præcipuè sita sunt, ut ostendant Christiana religionis doctrinam esse sanctam, rationique maxime conformem, ut Deum esse, esse Unum, Omnipotentem, cæli & terræ Creatorem, &c. item animam esse immortalem, non esse furandum, fornicandum, nec quidquam omnino contra legem naturalem, quæ eademque unâ cum ipso rationis usu illucescit, esse sciendum, & id genus alia.

Secundum motivorum genus, de quo hic præcipuè agimus, est contra hæreticos, quæ quamvis ad illos convincendos primo loco conferant, non parum tamen, ut videbimus, ad infidelium etiam conversionem conducunt. De his porro motivis, præter S. Augustinum & alios ex sanctis Patribus, qui integros hæc de re tractatus reliquerunt, accuratè scribunt qui bellum hodie hæresibus indixerunt, Bellarminus, Stapletonus, & alii, inter quos doctissimè hac de re agit P. Edmundus Campianus in aureo illo libello decem rationum, quo nihil vidit ætas nostra nervosius, nihil elegantius: & qui denum, quas scripto obtulit rationes, sanguine obfignavit.

His postis, Dicendum mysteria Fidei nostræ esse evidenter credibilia. Hæc communis est Theologorum sententia: eam tenet S. Thomas hic, q. 1. a. 4. ad secundum, & 1. contra Gentem, cap. 6. quem ejus discipuli sequuntur. Idem tenet Scotus in Prolog. Sententiarum, q. 2. remque optimè declarat. Ex Recentioribus verò Theologis hanc conclusionem tradunt Suarez hic, d. 4. l. 3. Valencia d. 1. q. 1. p. 4. Tannerus tom. 3. Disp. 1. q. 2. dub. 4. num. 70. Lorca Disp. 16. Turrianus d. 7. Granada hic, Controv. 1. tract. 2. Disp. 1. n. 3. & alii passim.

Et sanè de quibusdam Fidei veritatibus nemini dubium esse potest quin sint evidenter credibiles, saltem quoad nos, cum sint evidenter veræ, ut Deum esse, esse Unum, Æternum, summè Sapientem, &c. Hæc, inquam, cum lumine naturæ consent, dum credenda proponuntur, apparent statim ejusmodi, ut Fides iis juro habeatur. Quamvis namque principia scientiæ ad actum Fidei directè & immediate non concurrant, concurrere tamen possunt indirectè, tollendo scilicet difficultatem quæ in re credendâ reperitur: cum itaque per demonstrationem omnis in objecto difficultas auferatur, non repugnanti sed prono animo in illud fertur is cui credendum proponitur: & hoc est quod dico esse has veritates evidenter credibiles quoad nos, id est tales, ut summâ facilitate assensum iis prabere possimus, et si ex parte motivorum credibilitatis præcisè mysteria

III.  
Genus motivorum quo sum Patres, sunt Theologi utuntur contra hæreticos.

IV.  
Fidei nostræ mysteria sunt evidenter credibilia.

V.  
Ostenditur quædam Fidei veritates esse evidenter credibiles quoad nos.

Quo pacto actus scientiæ facilitè iterum ad actum Fidei eadem idem obijciuntur.

mysteria omnia Fidei sint æqualiter credibilia, ut jam videbimus.

VI. Non prædicta ergo tantum, sed omnia Fidei mysteria esse evidenter credibilia probatur in primis ex ipsis divinis literis; sic enim Psalm. 92. vers. 5. dicitur, Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Idem etiam clarè ostendunt verba illa Christi Joan. 15. vers. 24. Si opera non fecissem in eis, quanemo alius fecit; peccatum non haberent, &c. Hinc de prædictorum motivorum vi ad persuadendum veritates Fidei nostræ esse summè credibiles, sic loquitur S. Augustinus: Multa sunt, quæ in Ecclesiâ me iustissimè tenent, consensus populum & gentium, auctoritas miraculis inchoata, Spe aucta, Charitate firmata, & vetustate nutrita: tener ab ipsâ Sede Petri Apostoli, cui pasendas oves suas Dominus mandavit, usque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum: tener denique ipsam Catholicam nomen, quod non sine causâ inter tam multas hereses sola hæc Ecclesia obtinuit: hæc sanctus Doctor, de quibus, aliisque motivis credibilitatis fusiùs agemus infra.

Variè probatur mysteria Fidei nostræ esse evidenter credibilia.

S. August. lib. contra Epist. Fundamenti, cap. 4.

quam proinde sufficit, ut res ita proponatur, sub talibus scilicet motivis, ut homini prudenti appareat Fide dignissima, ut in superioribus ostensum est: unde aliquid etiam impossibile reddi potest credibile. In nostrâ quidem Fidei mysteriis nihil est credibile quod non sit possibile, hoc tamen non arguit universim omne id quod est credibile, esse possibile, præsertim in sententiâ asserente motivis credibilitatis posse subesse falsum. Plura hæc de re dicentur Disp. seq. l. 4. n. 6.

Ad Confirmationem dico, nil mirum esse si id quod evidenter scitur esse impossibile, sit evidenter incredibile, ipso facto namque quod certò sciat rem aliquam non se ita habere ut asseritur, quantacumque ad eam astruendam afferantur rationes, cassæ omnes sunt & vanæ, nec contra agnitam veritatem argumenta quantumvis apparet vim ullam habere possunt, sed sunt paralogismi, & evidenter sciuntur esse falsa.

V. Ratio cur id quod est evidenter impossibile, sit evidenter incredibile, si evidentè afferantur rationes, cassæ omnes sunt & vanæ, incredibilia.

SECTIO SECUNDA.

Argumenta contententia mysteria Fidei non esse evidenter credibilia.

Objicies tertio: Si mysteria Fidei sint evidenter credibilia, nullus cui debite proponuntur potest iis dissentire, seu cohibere assensum, sed etiam nolens rapitur ejus intellectus ad præbendum consensum: ad quid ergo imperium voluntatis, & pia affectio determinans ad actum Fidei circa hæc mysteria eliciendum. Respondetur evidentiam credibilitatis mysteriorum Fidei, nullam in credendo inferre necessitatem, nec enim probant hæc motiva rem, quæ credenda proponitur, esse veram, sed tantum esse dignam cui Fides ob auctoritatem illam asserantur præbeat. Manet ergo adhuc tota rei obscuritas; unde nihil est quod vim inferat intellectui, cogatque ad assensum circa veritatem rei, quamvis præstantia motivorum evidenter ostendat mysterium cui applicantur, esse creditu dignissimum, bonumque esse ut ei quis Fidem adhibeat: hæc autem duo, ut constat, sunt diversissima; unde quantumcumque necessitetur aliquis circa secundum, integra tamen ei manet libertas circa primum. Cum itaque non obstantibus omnibus motivis maneat rerum credendarum obscuritas, atque adeo interdum sint, ut naturæ captum superent, datur etiam locus piæ affectioni, & imperio voluntatis. Adde, quicquid sit de rebus ipsis, earumque claritate, quæ in nunnullis reperitur, obscurum semper esse Deum illas dicere, veramque de illis dari revelationem.

VI. Quamvis Fidei nostræ mysteria sint evidenter credibilia, non tamen rapiunt ad assensum.

Aliud est rem esse credibilem, aliud esse veram.

Quomodo ad Fidem requiratur pia affectio.

I. Objicis primò: Motiva hæc credibilitatis non ostendunt veritatem, quæ credenda proponitur, esse veram in se, ut concedimus, nec etiam ostendunt eam in ratione credibilis, hæc quippe ostensio vel est probabilis tantum, hoc verò non sufficit, relinquet namque formidinem ac dubitationem aliquam, ab actu Fidei divinæ quàm longissimè removendam: nec potest hæc ostensio esse evidens, quædam enim ex Fidei mysteriis adeo alta sunt, rationemque naturalem superant, ut ex nullâ re creatâ evidentia hujusmodi in ratione credibilis eis possit accedere.

II. Respondetur, quantumcumque res aliqua sit alta & supernaturalis, captumque nostrum superans, posse eam nihilominus ab extrinseco, variis scilicet signis ac motivis propositis reddi evidenter credibilem; hoc enim nihil aliud est, quàm ita eam proponi, ut digna appareat circa quam assensum quis Fidei eliciat, quod ille quamvis intrinsecam rei illius veritatem non videat, ob argumenta tamen hæc & rationes extrinsecas facere potest, captivante voluntate intellectu, eique actum Fidei hæc de re imperante, ut jam sæpius declaratum est. Unde autem, seu ex quibus principiis certitudinem suam & infallibilitatem hauriat actus Fidei, dicitur infra.

III. Objicis secundo: Si mysteria Fidei sint evidenter credibilia, ergo & evidenter possibilia, & consequenter probari evidenter posset illa esse vera: hoc autem dici nequit, plurimæ enim Fidei veritates, ut Trinitas, Incarnatio, Eucharistia, &c. demonstrari positivè non possunt, ergo nec esse possunt evidenter credibiles. Confirmatur, quod enim est evidenter impossibile est evidenter incredibile, ergo è contrario ut aliquid sit evidenter credibile, debet esse evidenter possibile.

IV. Ad argumentum negatur consequentia: Latius namque patet credibile, quàm possibile; credibilia siquidem proveniunt à medio extrinseco, ad

Latius patet credibile, quàm possibile.

Objicis quartò: Saltem sequitur, moraliter loquendo neminem Fidei nostræ mysteriis, quæ sub hujusmodi motivis proponuntur, dissensurum; rei enim, quæ cum evidentia credibilitatis apparet, nullus, etsi absolutè possit, rofragatur unquam, sed illi præbet assensum: cum ergo multos Fidei articulis sub motivis hæc propositis dissentire videamus, signum est hæc motiva rebus, quibus applicantur, evidentiam credibilitatis non afferre.

VII. Objicis, moraliter saltem loquendo nullus Fidei nostræ mysteria non assensuratur.

Ego certè quoad hoc existimò paucissimos, quibus Fidei nostræ veritates sub hujusmodi motivis proponuntur, si motiva penetrent, veritatibus hæc seu articulis reipsâ dissentire, quamvis ob metum subinde & respectus humanos dissensum præ se ferant: sicut quamvis, etiam lumine naturæ notum sit non esse furandum aut mentendum, multi nihilominus furantur & mentiantur. Nonnulli verò, dum Religionem Catholicam arctioris esse disciplinæ animadvertunt, variæque in eâ contineri carni & sanguini contraria, hi inquam, ne amplectendo Fidem, injecto veluti freno,

VIII. Pauci ex iis qui motiva plene penetrant, mysteriis Fidei dissentiant.

Nonnulli per ignorantiam affectatam Fidem veram nesciunt.

Tom. II.

freno, ab indulgendo voluptatibus, mundi que oblectamentis liberè fruendo coërceantur, ultro oculos ocludunt, nec motiva penetrare volunt, sicque per ignorantiam affectatam Fidem nesciunt, & gravissimè peccant.

IX. Objicies quindò: Actus quibus mysteriis, quæ credenda proponuntur, assentimur sunt meritorii, ex eo nimirum quòd nos submittamus & captivemus intellectum in obsequium Fidei: quæ autem captivatio aut meritum præbere illi assensum, quod moraliter videtur, evidens, & cui agrè possumus dissentire? Respondetur, frequenter hominès credere ubi evidentiæ non est tanta, in hoc ergo saltem casu est locus captivatiõni & merito. Deinde, ut supra dixi, etiam quando est maxima evidentiæ credibilitatis, manet adhuc, in quibusdam saltem mysteriis, Trinitatis exempli gratia, Incarnationis, &c. locus captivatiõni & merito, ob summam scilicet rerum difficultatem & altitudinem, intellectus creati limites excedentem: unde quantum ad credendum trahit motivorum evidentiæ, tantum retrahit mysteriorum subtilitatis, variæque quæ circa illa occurrunt dubia, quibus magnâ ex parte motivorum vis retunditur, mensque in assentiendo retardatur, & relinquatur quasi in æquilibrio. Tandem dico, in eo mereri credentem, & captivare intellectum, quòd majore longè certitudine ac firmitate mysteriis propositis assensum præbeat, iisque adhæreat, quàm motiva credibilitatis requirant. Adde, quantumvis motiva reddant mysterium aliquod evidenter credibile ei cui omnia aut pleraque ex illis applicentur, seu qui oculis ea conspiceret, aut aliunde certò cognosceret, ut plurimum tamen non ita applicentur, sed ab uno aliquo homine, concionatore scilicet, scriptore aut parochò; unde hic multo magis datur locus captivatiõni intellectus, & merito, ut constat.

Quantum motivorum trahunt, mysteriorum difficultas retrahit.

Quòd motiva omnia alicui mysterio applicentur.

## SECTIO TERTIA.

Quædam ex motivis Fidei declarantur, & in particulari puritas ac sanctitas doctrinæ Catholicæ, & primò confertur cum Iudaismo.

I. ostendendum unde hæc evidentiæ oriatur.

DIXIMUS Sectionibus præcedentibus mysteria Fidei nostræ esse evidenter credibilia, quod ut clariùs constet, operæ pretium erit nonnulla ex his motivis sigillatim explicare, ut unde hæc Fidei veritatibus evidentiæ accrescat perspiciamus.

II. Puritas, sanctitas & præstantia Fidei, Catholicæ.

Primum itaque, quòdque maximi semper momenti ad Fidei nostræ credibilitatem astruendam omnibus visum fuit, est puritas, integritas, & præstantia doctrinæ Catholicæ, utpote in qua nihil continetur non sanum, non sanctum, rectæque rationi apprimè consentaneum, nihil denique non Deo, Fidei auctore dignissimum; cum tamen in aliis Sectis varia habeantur vana, falsa, ridicula, & cum ipso naturæ lumine pugnantia, quæque hominès in turpitudinis cœnum, vitiòrumque omnium voraginem præcipitant. Christiana proinde religioni meritò applicari potest illud Propheta Regii Psalmo 18. vers. 8. *Lex Domini immaculata, convertens animas: & paulò post: Iustitia Domini recta, latificans corda. De aliis vero sectis dici potest, quod olim etiam dixit*

idem Propheta Psal. 118. vers. 85. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* Hic ergo aliarum religionum, Judæorum præcipuè, Mahometanorum & hæreticorum dogmata quædam atexam, ut quantum inter Fidei nostræ eorumque doctrinam quoad puritatem præstantiamque interfit, omnibus innotescat.

Atque ut à Judæis incipiam, quamvis olim fuerint electus Dei populus, veraque inter ipsos floruerit Ecclesia & Fides, utpote qui à Deo edocti fuerunt, & à Prophetis ab eo identidem ad illos missis instituti, ubi tamen immane illud facinus admiserunt, Christum scilicet occidendo, agni que immaculati sanguine manus imbucunt, mirum est in quot quàmque fædos errores ac deliramenta sint prolapsi, ut ex eorum Thalmud constat, qui liber tot somniis, quæ tamen ab ipsis oracula, Fideique veluti articuli censentur, est repletus, ut unà cum verâ Fide intellectum pariter ingenique vim omnem amittit se videantur. Ex his nonnulla isthæc referam, omnia quippe recensere nimis longum foret, legentique tedium ac nauseam afferrent: sed ex his facilis erit de reliquis conjectura.

IV. Deus, inquit, priùs quàm hunc mundum crederet, in variis sese mundis creandis, & paulò post destruendis exercuit, tum ne otio torpesceret, tum ut diurnâ exercitatione, artem mundum perfectum, qualis hic est, creandi paulatim addisceret: sicque Deum tyronis instar rudem primò & ignarum fuisse asserunt, longoque usu in perfectum tandem artificem evasisse. Quid Stolidius?

Deus tres primas diei horas in legendo libros legi, tres sequentes in erudiendis infantibus, qui in tenerâ ætate ex hac vitâ decedunt: denique tres ultimas animi laxandi gratia ludendo cum ingentis magnitudinis pisce, Leviathan dicto, insomit.

Deus quoties malorum, que Iudæi à gentilibus patiuntur, reminiscitur, duas lacrimas in Oceanum effundit, & præ dolore pectus utriusque manu contundit. Item Deus semel mentitus est, ut pacem inter Abrahamum & Saram litigantes componeret.

Deus quotidie tunicâ linâ indutus vittas seorsim quædam coriacea capiti & brachiis circumdat, & hoc modo ornatus in genua procumbit, & orat.

Deus, inquit, Iudæis præcepit, ut singulis quibusque novilunij sacrificium expiationis peragant ad expiandum scelus à Deo commissum, quando lucem, quam injustè Luna ademerat, Soli attribuit.

Deum asserunt semel quotidie irasci, quo tempore aiunt gallos omnes gallinæcos stare uno tantum pede, eorumque cristas ruborem amittere.

Deum docent in mandatis Indæi dedisse, ut quovis modo, sive vi, sive dolo, sive usurâ, sive furto, bona Christianorum sibi vendicent, eosque brutorum loco habeant, & omni studio conentur è vitâ tollere; gentilibus verò præceptum sibi aiunt, ut nec boni quidquam faciant nec mali.

Si quis, inquit, oraverit facie ad meridiem versâ, sapientiam consequetur; si ad Septentrionem, divitias. Nihil comedi debet numero paræ, sed impari, hoc enim numero maxime delectatur Deus.

Si Iudæus quispiam Christianum præcipitò propinquum deprehenderit, ipsum statim præcipitare tenetur. Qui plura hujus generis cupit, consulat Sixtum Senensem lib. 2. Bibliot. sanctæ, prope finem, & alios, qui hæc Judæorum somnia latius profertur: isthæc verò quæ attuli, abundè ostendunt eam, quam nunc colunt religionem, vanam esse ac futilem, utpote tot ineptiarum, errorum ac blasphemiarum parentem.

SECTIO

SECTIO QUARTA.

Quantum à Fidei Catholica puritate & sanctitate distent Mahometis dogmata.

I. IUDAEORUM ergo nugis & fabulis relictis, ad fordida & lutulentam Mahometanorum sectam, porcisque aptiorem quam hominibus, sermonem transferamus, eamque quantum fas est, & fieri honeste potest, obiter hic ob oculos ponamus, tot enim in Alcorano illo, quem librum Scripturæ loco Fideique suæ regulæ habent, turpia ac fœda continentur, omnique honestati contraria, ut nemo ea cogitare sine rubore, nedum referre possit. Nec mirum; cum enim Mahometes ipse, libri hujus, dogmatumque in eo contentorum auctor, profligatæ planè vitæ, perditissimisque moribus fuerit, & ad omnem libidinem projectus; talis inquam cum esset, alios suo ingenio fingere voluit, sibi que reddere quàm simillimos, efficeretque ut hominem exuentes in brutorum mores fœdèque transirent. Sed doctrinam ejus & dogmata tantisper inspiciamus.

II. Inprimis itaque disciplinam omnem, vivendique rationem, quam in Alcorano tradit, in obfcenitate, turpitudine, spurcitiæ, carnisque voluptatibus fundat. Suis proinde sectatoribus non fornicationes tantùm, illegitimisque hujuscemodi concubitus concedit, sed, quod horrendum dictum est, peccatum etiam nefandum seu sodomiam liberè permittit. Imo summam hominis felicitatem, finemque ultimum in hujuscemodi voluptatibus, corporisque deliciis constituit, nec aliam suis, etiam post hanc vitam beatitudinem promittit, eamque Optimam Dei remunerationem appellat: quod quid aliud est quàm hominum mentibus faces ad libidinem supponere, eosque ad omnem turpitudinem incitare & incendere, incredibilemque morum corruptelam in Republicam inducere. Ut enim ad vitium non prona tantùm est sed præcepta via, quæ hac in parte ab illis expectari moderatio potest, quibus ab ipso legislatore porta ad luxuriam aperitur, stimuli que insuper ad summam in hoc genere nequitiam admoventur, quis inquam miretur si in omni se turpitudinum cœno porcorum instar volent. Quia de causâ Avicenna, etsi Mahometis dogmatibus ac præceptis à puero imbutus, in illâ sectâ annis aliquot permansisset, eam tamen postea, solo naturalis luminis ductu reliquit, quod scilicet indignum ipsique etiam rationi contrarium ei videretur, hominis felicitatem in re tam vili ac fœdâ constituit.

III. Nec Mahometi suæ etiam desunt fabulæ, quas in Alcorano scriptas reliquit. Docet itaque Solem & Lunam in luce ac splendore pares olim fuisse; dum autem, inquit, Angelus Gabriel festinantius cœlum peteret, alas casu Lunæ affricuit, sicque lucem ejus magnâ ex parte extinxit, indeque ortam ait diei noctisque differentiam. Solem insuper singulis noctibus lavare se asserit, atque ita puriorem pulchriorémque die insequente se mundo resurgendo ostendere. Cœlum ait ex fumo factum esse, fumum verò hunc ex vapore maris esse confectum, mare autem ex monte Kaff dicto profuere affirmat, montem denique istum in Angeli manu situm esse docet, am-

*Fabulæ à Judæorum religione infectæ, fœda Mahometanorum secta inspicienda.*

*Fornicationem suis, imò peccatum nefandum permittit Mahometis.*

*Ad vitium non prona tantùm est, sed præcepta via.*

*Cur Mahometis sectam reliquit Avicenna.*

*Varia Mahometis fabula in Alcorano contenta.*

plumque adeo esse ac spatiosum, ut totam terram immenso quodam ambitu circundet; tantam demum huic monti altitudinem attribuit, ut cœlum suo vortice sustentet. Angelos, ipsumque etiam Deum pro Mahomete orare asserit.

Nihil verò in hoc genere absurdius, quàm fabulosum illud iter, quod se equo illi suo, quem Alborac vocat, insidentem suscepisse asserit, in quo tot ridicula ac ficta, omnemque Fidem excedentia recenset, ut mirum sit quemquam, nisi perfrictæ planè frontis, & cui nulla est existimationis cura, ea voluisse referre. Quis ergo hanc procedendi viam, tot fordibus, signentis, & mendaciis scatentem, ab ullo rationis compote amplectendam existimaverit? quis si cum Fidei nostræ puritate, excellentiâ, majestate eam contulerit, religionis nomen dixerit promereri? Nihil tamen his Mahometis præceptionibus ac placitis meliora, imo multo fortassis pejora sunt dogmata hæreticorum, ut jam ostendam.

IV. *Fabulosum & ridiculum iter Mahometi.*

SECTIO QUINTA.

Longè à puritate & sanctitate abest doctrina hæreticorum: ubi etiam de sanctitate vitæ.

QUISQUIS itaque heterodoxorum doctrinam præceptaque ad Fidem & mores spectantia animo revolverit, eos ne latum quidem unguem Mahometanis hac in parte vel Judæis cedere animadvertot. Aliis autem brevitatibus causâ omiſſis, oculos in nostris tantùm temporis hæresim conjiciam; quæ nihilominus hujuscemodi monstrorum, pravorum scilicet dogmatum, ad morum corruptelam vivendique libertatem & licentiam homines inducentium adeo est fecunda, ut in eam, omnium ferè sæculorum colluvies, reliquarumque hæresum sordes velut in sentinam confluisse videantur.

Inprimis ergò quid tam absurdum, tam stolidum, tam ab omni penitus ratione alienum, quàm nobis non inesse liberum arbitrium, sed homines pecudum ritu agi, & internâ quadam vi ac naturæ pondere ad quidlibet rapi; quod aliud nihil est quàm in scelerum omnium voraginem mortales demergere, efficeretque ut nulli unquam, vel demonis suggestioni, vel nature depravata appetitioni cupiditatique resistere conentur, cum ex hoc hæreticorum principio persuasum habeant, id se præstare non posse, sed ferrea quadam necessitate ad consensum pertrahendos. Huic affine est quod aiunt, divina scilicet præcepta esse observatu impossibilia. Docent insuper bona opera ad salutis, æternæque beatitudinis adeptionem nihil conducere, imo obesse potius, viamque ad cœlum præcludere, à quibus proinde sedulo aiunt cavendum. Solam Fidem asserunt ad salutem consequendam sufficere, quam quisquis servat, quantiseunque se sceleribus ac flagitiis contaminet, cœlum absque omni dubitatione consequetur. Peccata omnia affirmant esse paria, ita ut æquale delictum admittat qui verbum aliquod otiosum profert, ac qui hominem occidit, imo qui vanus sanguine etiam paterno per summum scelus imbuat. Quo sceleratior es (inquit Lutherus, qui ubique pingue quiddam & peregrinum sonat) eo Deo vicinior. Præterea, optimus orationem Domini-

I. *Hæreticorum dogmata quantum à puritate doctrinæ Catholice discrepant.*

II. *Absurda quædam recensentur hæreticorum placita.*

*In bona opera acriter reprehenduntur scelerati.*

*Notus orationum Dominicorum recitandi modus.*

Tom II

Dominicam recitandi modus est; ut varia blasphemia, excoationes, perjury, & id genus alia articulis singulis interponantur, ut securi sinus habere nos quod dimittat Deus dum in fine, debitorum ab eo remissionem petimus. Fornicationem insuper; imo adulterium approbat hic apostata, & uxoris loco, ancilla consortium viro interdum permittit. Imo continentiam ab impudicis actibus nemini, & aetatis integra & roboris, nisi Deus faciat miraculum, sectarii censent esse possibilem. Tandem, ne hujus sectae hominibus suae etiam desint blasphemiae, hanc inter alias nefandissimam habent, & merito ab omnibus execrandam, Deum scilicet, non solum permittere, sed directè velle & decernere peccata omnia, quae in dies sunt ab hominibus, imo occultà quadam vi & suggestione secretà homines ad flagitia movere, instigare & impellere: Deum proinde asserunt, verè & propriè causam & auctorem esse omnium peccatorum, utpote quo volente, jubente, praedestinate, impellente perpetrantur. Hæc illi, & alia his similia, quae quisquis legit, Mohometem haud dubiè revixisse existimabit.

Terrima  
sectariorum  
blasphemia.

III.

Ex his hareticorum dogmatibus quanta inter eos corruptela sit consuetudine.

Quis itaque non videt inter sectarios, apud quos hujusmodi vigent dogmata, nullam reperiri sanctitatem posse, cum cuncta ad libertatem & licentiam tendant, hominesque ad libidinem, luxuriam, & omne flagitiorum genus impellant. Hinc non multis postquam hæc secta emerfit annis, qui eam amplectebantur, disciplinae hujus ductu corruptis adeo depravatisque erant moribus, ut apud omnes maxime infames essent, ejusque in qua vivebant Reipublicæ dedecus & probum haberentur. Sed Lutherum de suo grege ac doctrinâ hac in parte loquentem audiamus:

Lutherus  
Dominicâ  
primâ Adventus.

Mundus, inquit, ex hac doctrinâ in dies deterior evadit: quod pessimi demoni opus & negotium est. Enimvero videmus, quod hoc tempore homines sint magis avari, immisericordes, impudici, procaces, adeoque deteriores, quam antea in Papatu fuerunt. In sermonibus etiam conviv. Germanicis, inter alia sic habet: Post revelatam Evangelium virtus est occisa, justitia oppressa, temperantia ligata, veritas a canibus dilacerata, fides clausa, nequitia quotidiana, devotio pulsa, &c. Primarius etiam quidam Lutheri discipulus, miserum eorum statum, qui novi hujus Evangelii doctrinam amplectebantur, suorum scilicet sodalium deplorans, de iis eorumque vivendi ratione sic scribit: Ur, inquit, totus mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum operum nullum penitus exercent. Ieiunii loco, commessationibus & perpotationibus nocte dieque vacant. Vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt & excoriant. Precationes vertunt in juramenta, blasphemias, & divini nominis execrationes, idque tam perditè, ut Christus ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur.

Quid de sui gregis hominibus, quoad vitam sanctitatem senserit Lutherus.

IV.

Erasmus in Epistola ad Vulturium Neocemum sectarios laeserit.

Hinc Erasmus, etiam hujus sectae hominibus nimium saevit, multusque ex eorum erroribus dedit occasionem, de iis loquens, sic habet: Profer mihi, quem istud Evangelium ex commessatore sobrium, ex feroci mansuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedictum, ex impudico reddiderit verendum. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipsis deteriores.

plene

V.

Concluditur, nec apud Iudaeos,

Cum ergo notæ veræ Ecclesiae sint doctrinae & vitae sanctitas, certum omnino est, nec apud Iudaeos, nec Mahometanos, nec hareticos veram posse reperiri Ecclesiam. Et licet inter Catho-

cos etiam, multi sint vitae non usque adeo perfectæ, imò qui variis saepenumero peccatis criminibusque sint irretiti, hoc non ex Ecclesiae Catholicae doctrinâ provenit, cujus leges omnes & præcepta ad integritatem morum, vitamque honestè & sanctè traducendam ducunt, sed quia his relictis, appetitui corruptæque naturæ propensione morem gerunt, sicque innumeris sese implicant sceleribus. Hoc tamen Catholicae Ecclesiae veritati non obstat, cum Christus ipse triticum unâ cum zizaniis, adeoque bonos cum malis permixtum iri prædixerit: nullus nimirum locus tam sanctus est, in quo mali non reperiantur; cum nec in paradiso nec Christi scholâ defuerint.

Nullus locus tam sanctus in quo mali interdum non reperiantur.

Jure itaque doctrinae puritas & sanctitas nota est veræ Fidei, & inter præcipua motiva credibilitatis enumeranda, nostræque Ecclesiae apprime congruit, utpote in qua nihil peregrinum, nihil exoticum, nihil non rationi summè consentaneum, nihil denique quod pietatem & sanctitatem non spiret reperitur. Est nimirum usquequaque sancta, sancta capite, sancta sponso, sancta lege, sancta doctrinâ, sancta moribus, & vel hinc ab omni heterodoxorum sectâ evidentissimè discernitur.

VI. Doctrina puritas nota est veræ Ecclesiae.

SECTIO SEXTA.

Miraculorum perpetratio Ecclesiam in qua sunt, ostendit esse Veram.

TERTIUM quod doctrinam aliquam reddi evidenter credibilem, est gloria miraculorum: illa siquidem Fides jure meritissimo vera, & ab omnibus amplectenda censetur, ad quam firmandam, stabilendamque miranda plurima vim omnem naturalem superantia patrantur. Hinc Christus Matth. c. 11. duobus illis discipulis à Joanne missis sufficiens doctrinae suae testimonium dedisse se existimavit, dum miracula à se perpetrata iis in memoriam reduxit, & quædam, illis etiam spectantibus patravit: Euntes, inquit, renunciate Joanni qua audistis & vidistis; cæci vident, claudi ambulant, &c. Marci etiam ultimo in eadem rem dicitur: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

I. Miraculorum gloria Fidem, ad quam firmandam sunt, ostendit esse veram.

Ratio autem est, miraculum siquidem, ut ait S. Chryostomus homil. 14. in Matth. est pignus quoddam omnipotentia divini, & proprium opus ejus, ac veluti sigillum quo veritatem aliquam obligare solet tanquam à se dictam ac traditam; Deus quippe, teste S. Augustino epist. 49. quæst. 6. mirabilibus operibus loquitur: unde quicquid per hujusmodi opera, vim omnem naturæ superantia, confirmatur, evidenter redditur credibile, maximeque dignum cui Fides tanquam rei à Deo dictæ habeatur. Quare summæ illos obstinationis & perversitatis arguit Christus, qui tot visis in confirmationem doctrinae ejus factis miraculis, illam nihilominus non sunt secuti. Sic Joan. c. 15. v. 24. Si, inquit, opera non fecissem in cæcis, quæ, nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & videntur, & oderunt & me, & Patrem meum. Quod indicium est doctrinam illam, in cujus confirmationem miracula & prodigia fiunt, per ea reddi evidenter credibilem.

II. Miracula sunt sigilla quibus Deus veritatem aliquam obligat.

Reprehendit Christus eos, qui ipsius miracula contempserunt.

At verò

III. Certum est in Ecclesia Catholica semper patrata esse miracula.

Potestas patrandi miracula, in Ecclesia ad hac usque tempora permanfit.

IV. Hac etiam nostra aetate plurima patrata sunt miracula.

Sanctissima Virgo Mater Maria innumerata hac aetate patravit miracula.

V. Ab aliis etiam Sanctis plurima hoc temporis constat patrata esse miracula.

VI. Obicitur, nulli conffere posse hac vera fuisse miracula.

VII. Seltariorum nullus mirum aliquod hujusmodi, etiam quoad externam speciem facere potuit.

At verò ad Fidei nostrae confirmationem, jam inde à nascente Ecclesia, plurima apertissimaque patrata esse miracula certius est, quam ut à quocumque in dubium vocari possit. Et quidem de Christo Domino, innumera scilicet eum miranda planè & vim omnem naturalem excedentia fecisse constat tum ex sacrâ historiâ tum profanâ; unde & Josephus Judaeus, lib. 16. Antiq. ita de Christo loquitur: *Fuit vir sapiens, & operum planè mirabilium effector, hominumque qui libenter animis veritatem amplecti vellent, magister & doctor.* Apostolos deinde plurima maximaque patrassè miracula, indubitatum apud omnes est: eandem denique mirabilia faciendi virtutem tot jam laebentibus saeculis, ad hæc usque tempora in Ecclesia permanfisse, innumeraque hujuscemodi miranda omni aetate facta esse, ita antiquorum testimonio est comprobatum, ut id negare, inquit S. Augustinus lib. 10. de Civitate, cap. 18. foret omnem Fidem humanam evertere.

Tandem hisce quoque nostris temporibus, & post natam Lutheri hæresim, hæc miraculorum gloria ( frendentibus etiam hæreticis, quibus ne unum quidem ab exortâ eorum sectâ miraculum patrandi fuit potestas ) Ecclesie Catholicae non defuisse, inficias ire nemo nisi impudentissimus potest. Quot enim in æde Divæ Virginis Lauretanâ, quot in Hallensi, quot in Aspicollensi, sub ipsis pene heterodoxorum oculis insignia evidentissimaque ab eâ patrata sunt miracula, plurimis, usque omni exceptione majoribus saepe inspectantibus, & jurejurando interposito rem ita se habuisse attestantibus, quibus quisquis non esse credendum existimat, is Fidem omnem humanam abrogat, pari que ratione quicquid unquam literis consignatum est, & ad nos majorum auctoritate transfusum poterit negare.

Nec cœli tantum Regina hac in parte Ecclesiam illustravit, sed aliorum etiam Sanctorum, ut S. Caroli Borromæi, S. Ignatii, S. Philippi Nerii, S. Virginis Theresiæ, B. Aloysii & aliorum intercessionem omnis generis morbos curatos esse, dæmonesque ex obfessis hominum corporibus frequentissimè expulsos evidentissimè est compertum. Denique à S. Xaverio Indiarum Apostolo, in novi orbis conversione, tot tamque præclara ad Fidem inter barbaras illas gentes propagandam facta sunt miracula, ut jure appellatus sit nostri temporis thaumaturgus.

Obicitur Sectarii: Quamvis negari nequeat signa hujusmodi quoad externam speciem facta sæpius fuisse, unde tamen constat ea vera fuisse miracula: dæmonum siquidem præstigiis res miras interdum planèque prodigiosas fieri indubitatum est, ut Exodi septimo de Magis Ægyptiis habetur, idemque de cæco & claudis, quos à Vespasiano sanatos esse refert Suetonius, dicendum, illum scilicet nec cæcum verè, nec hunc verè claudum fuisse, corruptos videlicet organis, sed ita solummodo fuisse affectos, ut naturæ vi, adeoque ope dæmonis curari poterint.

Sed contra: Nullus enim ex hujus sectæ hominibus istiusmodi aliquid mirum, etiam quoad externam speciem facere potuit: quod si Lutherus, aut alius quispiam de hoc hominum grege vel equum aut canem claudum curare, aut muscam aliquam vel pulicem, etiam quoad apparentiam externam resuscitare potuisset, quo eum præconio ornarent novi Evangelii buccinatores, quibus ad cœlum usque laudibus extollerent, non

templum, non domus, non taberna reperiretur, quæ hujus facti famâ non personaret; nec desissent Suetonii qui rem scripto mandarent, perpetuamque ejus memoriam ad posteros traducerent.

Verùm hujusmodi nihil, ne per umbram quidem præstare unquam potuerunt, quantumvis miraculum aliquod patrandi summâ cupiditate ac studio flagrarent, idque non semel ad auctoritatem sibi apud suos conciliandam tentarint, semper tamen infelicitè; Luthero siquidem, dum dæmonem è quadam femina ejicere conaretur, quàm miserè res successerit, & in quas redactus sit angustias narrat Fredericus Staphilus, qui interfuit. Calvinus verò, ut miraculum semel saltem patrassè videretur, miserum quendam hominem pecuniâ corrupit, ut se mortuum fingeret, & quemadmodum Lazarus ad Christi, ita ipse ad Calvinum clamantis vocem subito velut à morte resurgeret. At res hæresarchæ non successit ex sententiâ; cum enim magnâ comitante hominum catervâ, ad locum ubi res peragenda erat accessisset, omnibus ad rei eventum attentissimis hominem nomine compellatum resurgere jubet, & è loculo prodire; sed cum id iterum ac sæpius jubenti, altiusque & altius vociferanti vir ille non pareret, nec ullum vitæ signum ederet, accedentes ad locum nonnulli cum planè mortuum repererunt, sicque Calvinus fraus in caput ejus recidit, nam quem fictè suscitare volebat, seriò occidit, dignumque patrayit novo Evangelio miraculum. Hi ergo homines, dum nullum se miraculum facere posse cernunt, miracula contemnunt.

Ad argumentum itaque num. 6. propositum Respondeo, cum miracula non eò tendant, ut rem, ad quam testandam patrantur, reddant evidenter veram, sed tantum evidenter credibilem, non requiritur certitudo metaphysica de eorum veritate, sed sufficit certitudo moralis, quæ tanta interdum esse potest, ut ab homine etiam prudente in dubium vocari nequeat: sic quis modo dubitat extitisse aliquando Cæsarem, Pompeium, Alexandrum, & alios, de quibus nihilominus nullam habet certitudinem metaphysicam, sed tantum moralem, quæ tamen ejusmodi frequenter est, ut omnem dubitationem excludat.

Quando ergò quempiam jacentem quis inanimem cernit, idque diu, medicis etiam, ad quos hujus rei judicium pertinet, rem ita se habere affirmantibus; si hunc, nullo adhibito naturali remedio, ad solam hominis alicujus vocem, vel orationem pro eo ad Deum fufam, subito resurgere videt, & ad pristinam sanitatem ac vires momento restitui, quis inquam, prudenter dubitare potest, illum ope divinâ & miraculose esse resuscitatum, etsi metaphysicam hac de re certitudinem non habeat; sicut namque satan se subinde transfigurat in Angelum lucis, ita præstigiis quibusdam efficere potest ut homo mortuus appareat, cum nihilominus vivat, sicque amoto subito impedimento eum quoad speciem externam ad vitam revocare. Et sanè, quisquis hoc modo miracula hujus temporis impugnat, ipsius etiam Christi miracula impugnare eadem ratione possit.

Sed quicquid sit, Utrum unum hujuscemodi miraculum rem, ad quam testandam patratur, reddat evidenter credibilem, de evidentia credibilitatis Fidei nostræ dubitare nemo potest, ut pote ad cujus testificationem tot tamque præclara

VIII. Quam infelicitè solitari miracula patrare tentaverint.

Calvini fraus in capite ejus recidit.

IX. Ut miracula Evidenter reddant evidenter credibilem, sufficit eorum certitudo moralis.

X. Declaratur altariis quomodo certitudo metaphysica ad credendum miraculum non requiritur.

XI. Ad Evidentiam nostram confirmandam innumera patrata sunt miracula.

Tom. II.

in omni orbis parte facta sunt miracula, ut est manifestissimum: & hanc dicimus esse notam veræ Ecclesiæ, ut nimirum crebra & eximia in eâ fiant miracula, non unum tantum vel alterum, quod etiam ab hæreticis fieri posse nonnulli ex Theologis existimant. Hinc Suarez hic, Dif. 4. Sect. 3. num. 10. ait Deum interdum miracula per pravos homines ad conferendam sanitatem aut alium huiusmodi finem operari, quamvis, inquit, id raro contingat; ad doctrinam tamen falsam comprobendam miraculum asserit fieri nullo modo posse, sic enim Deus cooperaretur mendacio, & foret testis falsi. Ratio autem ulterius est; si enim Deus alicui potestatem patrandi miracula ad probationem doctrinæ falsæ conferret, non ordinatâ ac debitâ usus fuisset erga homines providentiâ, cum eos absque viâ reliquisset ad Dei cultum perveniendi: hic nihilominus non statuo quid per absolutam suam potentiam facere possit.

Dubius modus fieri potest miraculorum.

XII.

Per ritus & pietatis exercitia Ecclesiæ Catholicæ frequentissima sunt miracula.

Concludo itaque illam esse veram Ecclesiam, in qua maxima fulget miraculorum gloria, præsertim si per illius ritus & pietatis exercitia fiant, ut per reliquiarum & imaginum cultum, per Sanctorum invocationem, &c. uti passim in Ecclesiâ Catholicâ fieri cernimus, quod clarissimum argumentum est, ejus fidem & doctrinam esse orthodoxam atque ab omnibus amplectendam. Rectè tamen Matthæi 24. vers. 24. monet Christus cavendum esse à signis & prodigiis, Antichristus namque prodigia varia & signa ostendet, ficta tamen omnia & fallacia: meritò proinde examinanda sunt hæc signa, ne quis pro veris falsa miracula obrudat. Porro hoc miraculorum examen ad Ecclesiam spectat, cujus est in nova quæ nunc fiunt miracula inquirere, eaque ubi suis quodque momentis ponderaverit, comprobare vel rejicere: miracula autem quæ alicui sunt prima Fidem amplectendi seu acceptandi causa, ex circumstantiis, in quibus fiunt, sunt discernenda, nempe ex fine, si nimirum ad nihil prævum & inhonestum, sed ad probum aliquid & honestum suadendum patrentur. Persona etiam ejus, qui miraculum illud perficit est consideranda, si nimirum probæ vitæ sit & integris moribus; quamvis namque Deus, ut proximè dictum est, per hominem improbum patrare miraculum possit, id tamen vix unquam contingit: hinc Joannis 9. vers. 16. sic habetur: *Quomodo potest peccator hæc signa facere? & v. 30. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos.* Ex his ergo & aliis circumstantiis, quas affert Suarez hic, Disp. 4. Sect. 3. num. 9. evidenter, inquit, evidentiâ quadam naturali constare potest sitne verum an fictum miraculum, & hunc modum ea distinguendi ibidem ait à sanctis Patribus esse traditum.

Signa & prodigia sunt examinanda.

Ad miracula vera à falsis distinguenda varia consideranda sunt circumstantia.

Quo pacto Patres vera miracula à falsis discernere possint esse distinguenda.

SECTIO SEPTIMA.

Ex unitate doctrinæ probatur Fidem nostram esse evidenter credibilem.

I.

Ex unitate Fidei Catholicæ ostenditur eam esse evidenter credibilem.

QUARTUM, quod doctrinæ cuiuspiam evidentiam credibilitatis affert, est illius unitas, si nimirum in dogmatibus ita sibi sit consentiens, ut in rebus ad Fidem spectantibus nulla in eâ cernatur discrepantia, sed consonantia

summa & conformitas. In hac Ecclesiæ notâ illustrandâ, quantumque ad doctrinam illius amplectendam conferat declarando, multi sunt sancti Patres, inter quos, ut alios breviter causa omittam, sic loquitur S. Cyprianus: *Ecclesiæ Domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit; unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur; nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit; profluentes largiter rivos latius expandit; unum tamen caput & origo una, & una mater fecunditatis successibus copiosa, &c.* Unde in Symbolo Nicæno hoc unum ex Ecclesiæ signis statuitur: *Et unam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.*

S. Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ, cap. 5.

Hanc porro doctrinæ ac Fidei unitatem in Ecclesiâ Catholicâ reperiri, luce clarius est; quod enim Itali credunt credunt Hispani, quod Galli ut Fidei articulum amplectuntur, amplectuntur pariter Germani, Poloni, Belgæ, Angli, quotquot post tam acerbam ac diuturnam persecutionem, totque & tam graves religionis ac Fidei causâ toleratas calamitates, singulari Dei beneficio in Ecclesiæ gremio continentur. Hi inquam omnes, etsi aliis in rebus animis maxime discordes, gravissimæque etiam inter se exerceant simultates, in fide tamen ac religione ita conspirant, ut nec minima hac in parte inter eos reperitur dissensio. Licet etiam de quibusdam questionibus acriter interdum decertent Theologi, & suam quisque sententiam summâ contentione tueatur, in rebus tamen ad Fidem spectantibus unus omnium est sensus, vox eadem, atque ad illarum defensionem totis se viribus accingunt.

II. Offenditur perfectam in Ecclesiâ Catholicâ dari Fidei unitatem.

Circa res Fidei summam est inter Theologos consensus.

Longè alio modo res se habet apud sectarios, inter quos circa præcipua etiam Fidei mysteria incredibile dictu est quanta inter ipsos sit sententiarum imò sectarum diversitas; dissident quippe de Christi in Eucharistiâ præsentia, de baptismo, de bonis operibus, de justificatione, de libero arbitrio & aliis huiusmodi, idque tam acerbè, ut omni se opprobriorum genere profcendant, seque invicem Ethnicos, Judæos, Turcas, Atheos, demones appellent, ut fusè ostendi tomo præcedente, Disp. I. sect. quartâ, brevius proinde hic ea percurro.

III. Innumera sunt hæreticorum circa præcipuos Fidei articulos inter se dissidia.

Ubi ergo Ecclesiæ se opposuit Lutherus, & hanc viam ingressus est, illico in varia membra & capita ejus hæresis excrevit, tantæque celeritate, ut exiguo temporis spatio in triginta quatuor diversas sectas sit divisâ. Imò notatu dignum est, quod curiosi harum rerum indagatores animadvertunt, nempe postquam sceleratus hic apostata Ecclesiam impugnare cœpit, suamque in hominum animis hæresim serere, tam fecunda fuisse hæc ab eo jacta semina, ut ducentæ septuaginta sectæ inde pullulaverint, cum tamen ab ipsa Ecclesiæ nascentis primordiis ad Lutherum per mille quingentos annos non nisi 181. hæreses extiterint, ab omnibus quotquot per tot annorum seriem fuerunt hæreticis exorta.

IV. Post Lutherum 270. hæreticorum sectæ sunt exorta.

Ad ostendendum verò quàm exigua, aut nulla potius inter nostri temporis sectarios sit doctrinæ circa res etiam præcipuas ad Fidem & religionem spectantes unitas & constantia, sed discordia maxima & instabilitas, appositissimum est quod ante, annos aliquot de Georgio Saxonix Duce refertur. Interrogatus is aliquando à viro quodam primario quid in Saxonix tenebant prædicantes seu ministri, quos scilicet Fidei articulos ac dogmata admitterent, & populo credenda proponerent; quid hoc anno, inquit, teneant scio, quid

Ab exordio Ecclesiæ ad Lutherum hæreses 181.

V. Variis ostenditur nullam inter sectarios esse doctrinæ unitatem.



anno insequente tenebunt, penitus ignoro. Hæc nimirum istorum hominum est indoles; quod hodie ut dogma certissimum, summa firmitate credendum proponunt, cras rejiciunt, & aliud amplectuntur, sicque de Fide in Fidem pro libidine transigunt, & religionem ut vestem mutant, innumerisque sese implicant erroribus.

VI. Puncto in medio circuli confituro non incongrue confertur veritas.

Veritas nimirum una, via errandi infinita. Hinc non insecitè veritas centro circuli, seu puncto in illius medio constituto comparatur, à quo variæ ad circumferentiam omni ex parte ducuntur lineæ, quæ quo magis à centro recedunt, eo magis distant à seipsis. Quot lineis à centro ad circumferentiam, tot viis à veritate ad errores abitur: unde nostri temporis sectarii, dum suâ quisque semitâ incedendo à veritate recedit, recedunt à seipsis, non Ecclesiæ magis quam sibi invicem dissentant. Imò usque adeo, uti dixi, sunt discordes, ut diris se passim devoteant, omnique maledictorum, execrationum, & opprobriorum genere excipiant. Et quamvis (ut veritas odium parit) Catholicos, seu veræ Fidei cultores canepus & angue averferentur, setamen mutuo oderunt magis, aciusque malto ac vehementius insectantur, quam orthodoxos, ut Disp. illâ primâ tomî præcedentis, sect. 4. latius ostensum est.

Sectarii sibi ipsi maxime sunt discordes.

VII. Hic Sectariorum spiritus, non Dei spiritus est, sed daemones.

Ex his ergo clarè constat, hunc quo agitur sectarii spiritum, non Dei sed mali demoni esse; Non enim est dissensionis Deus, sed pacis; ut ait Apostolus 1. Corint. 14. v. 33. Constat insuper eorum doctrinam, quæ tam varia est, nihilque in se habet firmitatis aut constantiæ (omni quippe vento doctrinæ circumferuntur) non ex divinâ inspiratione & instinctu, sed ex spiritu erroris, humanique generis hoste procedere. Eorum itaque est Deus, non qui in varias vias dissecti distractique arundinum instar agitantur, sed qui rixis & altercationibus omittis, junctis animis in unam eandemque doctrinam summâ consensione conspirant: *Vnus enim Dominus, una Fides, &c. Et factus est in pace locus ejus.*

Ad Ephes. 4. v. 5. Pital. 75. v. 2.

SECTIO OCTAVA.

Declarantur alia motiva, quibus Fidei nostræ credibilitas ostenditur.

I. Efficacia doctrinæ eam probat esse evidenter credibilem.

QUINTUM ex quo doctrina aliqua ostenditur esse evidenter credibilis, est illius efficacia; ex eo namque Christi doctrinam præstantissimam fuisse docent omnes, quod per Apostolos aliisque ejus discipulos prædicata; homines ubique ab erroribus ad veritatem, ab idolis ad veri Dei cultum, à vitiis denique ac fordibus ad castam, puram & incorruptam Christi legem converterit.

II. Hæc doctrinæ efficacia etiamnum in Ecclesiâ Catholicâ persistens.

Hanc doctrinæ efficaciam etiamnum in Ecclesiâ persistere nullus citra temeritatem negare potest: quid enim clarius, quam his etiam nostris temporibus virorum Apostolicorum operâ plurimos à gentilitate, ac superstitiosâ inanum Deorum veneratione, corruptisque moribus, ad nostram, hoc est Catholicam Fidem amplectendam, vitamque honestè instituendam esse traducos. Atque ut alios taceam, quis est qui ignorat, quot S. Xaverii prædicatione, industriâ, laboribus. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

bus, quot inquam gentes & nationes integræ ad Christi Fidem conversæ, Ecclesiæque adjunctæ sunt, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Eadem ergo quæ olim, nunc etiam est in nostrâ Ecclesiâ doctrinæ efficacia, quæ proinde Fidem reddit evidenter credibilem.

Sexto, doctrinæ alicujus credibilitas ostenditur ex ejusdem antiquitate: In illâ Ecclesiâ, inquit S. Hieronymus in dialogo contra Luciferianos, cap. 9. permanendum est, quæ ab Apostolis fundata, usque adhuc diem durat, &c. Sanctus etiam Augustinus Concio. 2. in psal. 101. sic in hanc rem scribit: Sed illa Ecclesia (inquunt Donatistæ) quæ fuit omnium gentium, jam non est, perit. Hoc dicunt qui in illâ non sunt. O impudentem vocem &c. Constans denique est Patrum omnium sententia, sacrarum etiam literarum calculo firmata, illam doctrinam ut fide dignissimam tenendam esse, quæ ab ipsis Apostolorum temporibus ad nos usque interruptâ ferie pervenit. Initio verò Ecclesiæ hoc motivum, sicut aliam nonnulla in eâ non reperiebatur.

III. Doctrina alicujus credibilitat maximè ostenditur ex ejusdem antiquitate.

Hanc verò doctrinæ antiquitatem, perpetuamque ab ipso Ecclesiæ exordio ad hæc usque tempora continuationem, in nostrâ Ecclesiâ esse, inde aperte ostenditur, primò siquidem nullus unquam historiographus ullam in eâ factam fuisse doctrinæ mutationem recenset. Deinde, si quis Patrum, qui sibi tot sæculis successerunt, scripta revolvat, eandem quam nos jam tenemus doctrinam totidem pene verbis ab iis traditam reperiet: quod clarissimè probat, quæ nos modo tuemur dogmata, non noviter inventa & excogitata, sed olim omniæque adeo tempore admissa ab Ecclesiâ fuisse, esseque vel ipsâ antiquitate veneranda.

Quæ doctrina ex Patrum sententiâ sic amplectenda.

IV. In Catholica Ecclesiâ eadem semper servit doctrina.

Septimum, quod doctrinam jam ab Ecclesiâ traditam, evidenter reddit credibilem, est quòd sit Catholica, seu per orbem usquequaque diffusa. Hinc pulchrè Lirinensis in Communitario: *Teneamus, inquit, id quod ab omnibus, quod ubique, quod semper est creditum.* Nomen itaque Catholica, momenti semper plurimum secum attulit, quòque sanctitate quis, sapientiâ ac doctrinâ magis excelluit, eò illud plurius faciendum censuit. Quanti verò apud lumen orbis Augustinum fuerit, testatur celeberrimum illud ejus dictum contra Epistolam fundamenti, cap. 4. *Tenet me, inquit, in Ecclesiâ ipsum Catholice nomen; quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista Ecclesia fuerit nobis obtinuit, ut cum omnes hæretici se Catholicos dicerent velint, quarenti tamen peregrino al' cui ubi ad Ecclesiam Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* Appositissimè etiam ad hanc rem Pacianus Episcopus Brachionensis Epistolâ primâ ad Sympronianum: *Christianus mihi nomen est, inquit, Catholicus cognomen: illud me nuncupat, istud ostendit.*

V. Quod doctrina nostra Fidei sit undique diffusa arguit eam esse evidenter credibilem.

Quod de Ecclesiâ docent Patres, vel ipsum scilicet Catholica nomen sufficere, ut quis se ei, relictis aliis adjungat, idem de doctrinâ seu fide per quam Ecclesiâ constituitur dicendum, illam scilicet veram, illam puram, illam orthodoxam esse, quæ longè latèque per nationes diffusa Catholica appellationem obtinuit. Quare hæc vox Catholica ita vehementer exagitavit vexavitque Lutherum, ut teste Tannero hic, Disp. 1. q. 3. dub. 4. num. 150. eam ex Symbolo Apostolico germanico homo impudens expunxerit. Nomen porro Catholica seu univèrsalis, Ecclesiæ ac Fidei

Quantum apud Patres fuerit nomen Ecclesiæ Catholica.

VI. Doctrina aliqua actione univèrsalitatè acquiri auctoritatè.

TOM II.

nostræ competere evidentissimum est, ipsis etiam adversariis latentibus, & hanc ei appellationem passim, quamvis invitè, evidentissimæque veritate cogente tribuentibus.

VII.  
Perpetua  
Episcoporum  
in Sede Divi  
Petri, seu  
Ecclesiæ Ro-  
manæ suc-  
cessio osten-  
dit nostram  
doctrinam  
esse eviden-  
ter credibi-  
lem.

Octavum, quod Ecclesiam esse veram, ejusque doctrinam evidenter credibilem ostendit, est perpetua, præsertim Romæ, Episcoporum successio. Hanc ut manifestam Ecclesiæ veræque Fidei notam amplectuntur Sancti Patres, Irenæus lib. 3. cap. 3. Epiphanius Hæresi 27. Tertullianus de Præscriptionibus, cap. 32. & alii. S. verò Augustinus contra Epistolam fundamenti cap. 4. sic in hanc rem loquitur: In Catholica Ecclesiâ me tener, ab ipsâ Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum. Cùm ergo ex omni antiqui-

tatis memoriâ constet hoc Romanæ Ecclesiæ competere, nec in ullo sectariorum seu hereticorum conventu reperiri, apertissimè arguit solam Romanam Ecclesiam veram esse, ejusque doctrinam acceptatu dignissimam. Hoc ergo punctum concludo pulcherrimo Divi Augustini dicto lib. de utilitate credendi, cap. 17. Dubitamus, inquit, nos ejus Ecclesiæ condere gremio, quæ ea successio usque ad confessionem generis humani ab Apostolica Sede per successiones Episcoporum, frustra hereticis circumlatis, & partim plebis ipsius judicio, partim Conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum majestate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Hæc S. Doctor & ad rem præsentem de successione Episcoporum, & ad totum hunc de Fidei nostræ credibilitate tractatum appositissimè.

Pulcherrimum D. Augustini dictum circum ad successio nem Episcoporum.

## DISPUTATIO OCTAVA.

### De certitudine & infallibilitate motivorum.

**MOTIVA** credibilitatis ejusmodi esse diximus ut Fidem nostram, seu doctrinam ad cujus acceptationem ordinantur, reddant creditu dignissimam, nullumq, cui modo debito proponuntur, iis citra temeritatem refragari posse, aut doctrinam cui applicantur respuere. Nunc ergo ulterius videndum, utrum inter hæc motiva & mysteria quorum acceptationi deserviunt sit connexio etiam infallibilis, quod plenius declaratur in sequentibus.

#### SECTIO PRIMA.

*Utrum positis motivis necessarium sit rem, ad quam ostendendam ponuntur, esse veram.*

I.  
Status præsentis quaestionis proponitur.



**Q**UÆSTIO est, an strictè adeo mysterium aliquod & motiva, ut motiva sunt, inter se connectantur, ut horum positio evidenter convineat rem illam ita se habere, nec aliter fieri posse: quod aliis terminis à nonnullis proponitur, utrum motivis credibilitatis possit subesse falsum. Dixi, ut motiva sunt, seu ut omnem actum Fidei antecedunt, & quantum discursu naturali ex historiâ, experientiâ, & similibus haberi possunt. Quædam siquidem ex his motivis, seu objecta illa sunt Fide certa, & hoc modo falsum iis subesse nequit: Fide siquidem divinâ credimus Christum & Apostolos vera passisse miracula, &c.

Quædam ex his motivis sunt Fide divinâ certa.

II.  
Triplex inter motiva & res cre-

Ad præsentem autem quaestionem clariùs intelligendam advertere oportet, connexionem inter res aliquas esse posse triplicem, Metaphysicam,

quando nimirum impossibile omnino est unâ posita aliam non poni, vel divinitus, qua ratione modus connectitur cum re modificatâ: Physicam, ubi tantùm ex naturâ rei connectuntur, ut accidentia panis cum panis substantiâ, lux cum Sole, &c. quamvis per miraculum separari à se invicem possint: & Moralem, quando scilicet ut plurimum duæ res sese invicem comitantur, quamvis nulla vel Physica vel Metaphysica inter eas reperitur necessitas. Huic triplici rerum inter se connexioni triplex respondet certitudo seu evidentiâ, Metaphysica, Physica & Moralis. Quærimus itaque quænam ex his tribus connexionibus inter motiva & rem cui attestantur intercedat, & consequenter quænam in actu seu assensu ad ea secuto reperitur evidentiâ. Tandem quia duobus modis intelligi potest hæc inter motiva & mysteria, quibus applicantur connexio, vel scilicet ex naturâ rei, vel ordinatione divinâ, quod nimirum Deus decreverit ut hæc motiva non nisi ad veritatem ostendendam ponantur, rem in utrâque acceptione discutiam.

Prima itaque sententiâ affirmat, eam inter motiva credibilitatis & rem ad quam confirmandam assumuntur, esse ex naturâ rei connexionem, ut visû re ita se habente, motiva poni omnino non possint.

denudatâ connexioni.

Triplici connexioni triplex respondet evidentiâ.

Connexio ex naturâ rei & ordinatione divinâ.

III.

Prima sententiâ aut summam, etiam ex naturâ rei inter motiva & Fidem esse connexionem.